



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

105. Mundus: Ex Minutio Felice: in Octauio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Διαπερθεὶς ἡ φιλοσοφία, καὶ θεὰ τὰ ποιητῶν, καὶ
κύβητοι χοροὶ, καὶ μουσικὰ ἀκρόσματα, συμπόσια
σεπολυτελῆ, καὶ εἰλαπνεῖα ἀλοχορήγησι, καὶ ἀκρό-
ρα. Ὁ ἀλοπία, καὶ ἡδὴ δίατα, οὔτε γοργεῖμα
σφοδρὸν, οὔτε δάλπος ἐγγίνας, ἀλλ' οὐκ ἐνκρατὸς
ἀνρχεῖται, ἀπαλοῖς ἡλὶς ἀκλίτον ἀνακρινόμενος.

ronæ, musiciq̄ue concentus: ad hæc instructa
geſialiter conuiuia, & ipsa se suggerens victus.
affluentia, indolentia immortalis, iucunda vi-
ctus ratio. Non enim frigus illis, non æstus est
grauis, sed temperatus aër funditur, miti-
bus solis radijs illustra-
tus.

M V N D V S.

Ex Minutio Felice, in O-
rauiō.

Descriptio CV.

Quid enim potest esse tam apertum, tam
confessum, tamq̄ue perspicuum, cum oculo
in cœlum sustuleris, & qua sunt infra, su-
praq̄ue, lustraueris, quàm esse aliquod numen
praestantissimæ mentis, quo omnis natura in-
spiretur, moueatur, alatur, gubernetur? Cœlum
ipsū vide, quàm latè tenetur, quàm rapidè
voluitur, vel quod in noctem astris distingui-
tur, vel quod in diem sole lustratur: iam scis,
quod sit in eo summi moderatoris mira, & di-
uina libratio: vide & annum, vt solis ambitus
faciat, & mensem; vide vt Luna auctu, senio,
labore circumagat. Quid tenebrarum, & lumi-
nis dicam recurſantes vices, vt sit nobis operis,
& quietis æterna reparatio? Relinquenda verò
astrologis prolixior de syderibus oratio, vel
quod regant cursum nauigandi, vel quod a-
randi, metendiq̄ue tempus indicant: quæ sin-
gula, non modo vt crearentur, fierent, dispo-
nerentur, summi opificis, & perfectæ rationis
eguerunt; verum etiam sentiri, perspicui intel-
ligi, sine summa solertia, & ratione non pos-
sunt. Quid, cum ordo temporum, hac frugum
stabili varietate distinguitur? nonne auctorem
suum, parentemq̄ue testatur? ver æquè, cum
suis floribus, & æstas cum suis messibus, & au-
tumni maturitas grata, & hyberna oliuitas ne-
cessaria: qui ordo facilè turbaretur, nisi maxi-
mā ratione consisteret.

Iam prouidentię quantæ? ne hyems sola gla-
ce vixeret, aut æstas solo ardore torreret, au-

tumni, & veris inferere medium temperamen-
tum, & per sua vestigia reuertentia anni occul-
ti, & innoxij transitus laberentur. Mari inten-
de, lege littoſis lstringitur; quicquid arborum
est, vide quàm è terra visceribus animatur; aspice
Oceanum, reſluit reciprocis æstibus; vide
fontes, manant venis perennibus; Fluuios in-
tuere, eunt semper exercitis lapsibus.

Quid loquar aptè disposita recta montium,
collium flexa, porrecta camporum? Quid ve-
niantium loquar aduersus sese tutelam mul-
tiformem? Alias armatas cornibus, alias denti-
bus septas, & suadatas ungulis, & spicatas a-
culeis, aut pedum celeritate liberas, aut elatio-
ne pinnarum? Ipsa præcipuè formæ nostræ pul-
chritudo, Deum faceret artificem. Status rigi-
dus, vultus erectus: oculi in summo, velut in
specula constituti: & omnes ceteri sensus, ve-
lut in arce compositi. Longum est ire per sin-
gula, nihil in homine membrorum est, quod
non & necessitatis causa sit, & decoris: & quod
magis mirum est, eadem figura omnibus, sed
quædam vniciq̄ue lineamenta deflexa, sic &
similes vniuersi videmur, & inter se singuli dif-
similes inuenimur. Quid nascendi ratio, quid
cupido generandi? nonne à Deo data est: & vt
vbera partu matureſcente lactescant, & vt te-
ner fortas vbertate lactei roſis adolescat.

Vide qua Marcus Tullius habet in eo arge-
mento libro secundo de natura Deorum.

